



## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Historiae Ecclesiasticae Pars ...**

Historiae Ecclesiasticae Pars Tertia, Qva Continentvr Hermiae Sozomeni  
Salaminij lib. 9. Euagrij Scholastici Epiphanensis lib. 6

**Christopherson, John**

**[Köln], 1569**

De Syriæ monachis, Batthæo, Eusebio, Berge, Ala, Abbo, Lazaro, Abdaleo,  
Zenone, Heliodoro, Eusebio apud Carras, Protogene, Bito, Aone. Capvt  
XXXIII.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-12718**

notus factus est: illis quidem, ut qui eum coram vidissent,  
eiusque pīx vitæ fecissent periculum: his autem, ut qui il-  
lis idem de eo narrantibus fidem adiunxit. Qui antē,  
quām in Cyprū est profectus, etiā imperatore, cuius tépo-  
ra iam persequimur, regnante, in Palæstina ætate degebat.  
Quo quidē tempore, in monasteriis per celebres erant, Sa-  
lamanes, Physcon, Malachion, & Crispī fratres. Qui cir-  
ca Betheleam pagum in tractu Gazensi situm (erant enim  
ex patriis illius loci oriūdi) vitā traduxere monasticam.  
Cuius quidem vitæ ac disciplinæ præceptorē Hilarionē  
habuere: à quo cū domū vñā cōcederent, fertur Malachio  
nem ē medio illorū abruptū esse, ex eorum conspectu eu-  
nuisse: atque ex improviso rursus visum esse eandē viā cū  
fratribus insistentem: paulò post verò ē vita migrasse. qui  
tametsi adhuc adolescens erat, illis tamē, qui in disciplina  
monastica consenserant, neq; pia viuendi ratione, neq; ar-  
denti in Deū amore inferior fuit. Itemque Ammonius de-  
cé inde circiter stadia propè Chapharcobrā, pagū quoq;  
Gazēsem, à quo genus duxit, habitauit: Vir sanc̄, qui vitā  
monastīcā cū exquisitē in primis, tum summa cū animi ma-  
gnitudine excoluit. Siluanus etiam, cui ferunt propter  
eximiam virtutem angelum coram ministrasse, et si Palæ-  
stinus genere fuit, id temporis tamen credo, in Aegypto  
disciplinam monasticam sectatus est. At postea in monte  
Sina aliquamdiu commoratus, deinceps ad torrētem quē  
dam in Geraris conuentum plurimorum honorum ac pio-  
rum virorum maximum planē & celeberrimum in vnum  
congregauit: cui post eius mortem diuinus ille præfuit  
Zacharias.

*De Syriae monachis, Bathao, Eusebio, Berge, Ala,  
Abbo, Lazaro, Abdalco, Zenone, Heliodoro,  
Eusebio apud Carras, Protogene, Bito, Aone.*

CAPVT XXXIII.

**S**ed abeamus iam ab his, & ad monachos Syriae ac Per-  
sidis, quæ est Syriae finitimæ veniamus: qui ita multi-  
tudine creuerūt, ut cū monachis Aegypti numero cō-  
tēdere possent. In quibus præter ceteros excellere tū vide-  
batur Bathæus, Eusebius, Barges, Alas, Abbos, & Lazarus  
qui post